

Benevolentiam illam in me tuam VIR NOBILISSIME
 qua literis disertissimis expressam qua cumulatam ultioneo
 beneficio, quoniam (nescio an non cum periculo offensionis,
 cum invidia certe multorum) obscuram esse non patior;
 factum sic est, ut etiam alij per me tibi velint commendari.
 Ergo qui hacten vel perferunt vel destinant Leuarorum oppidi
 (Leewas vocant) riuem adierunt me rogantes, ut hoc po-
 pello suo tribuerem; quo et tu angustas eorum res ex me
 cognosceres, et civitatem suam (ea constat oppido primum ipso
 dem viculis Orsmael, Weseren, Meelen et Bosth) in publicam
 fidem admitteres. Quod hoc tempore necessarijs merito dene-
 garim hoc libenter esse in vulgus tribuo; sic ut oblatam
 occasionem vobis in compendium; et dum illos commendo tibi
 me simul ipsum commendem. Quando sane monere visus es
 ne solo fretus Principe tuo, interibi fidem Ordinum aduocare
 negligam; quod ubi tandem, et cuiusmodi sit impetrandum nescio.
 Et neque Cools ille (quem nosti) Diestensis, agens in rebus Prin-
 cipis, expedit; sed me sic securum esse volens. Solutus ergo
 cuius nisi aliud iubes, et quale iubes, deprecator interim arcedo
 mensum, et quod excurrit, silentij. Quo sane in genere (fateor)
 peccatum non oportuit; quando iam tu compellari te sapinis a
 me volebas. Sed enim, si scieris conflitantem iam dudum me
 litigio Decumano cum genere quodam hominum, quod ego Rosimi
 verbis malo quam mea representari; Μόρατοι προφάσει &
 πάντων πεισάδιδοναι πτωχούς, πάντων πτωχούς κατέσκαυ.
 si inquam propter istos absentem domo necesse fuit feriarum ab amicis
 et scriptione; profecto parabiliorum mihi spero de hac excusatione
 veniam; nisi enim vero iam partem quoque polliceor, simul ac
 Carmen hoc qualescumque meum legeris; in quo scilicet ex alto
 tu spectabis quanto infra te sunt omnes, quanto infra omnes ego.
 Tanto pessimus omnium Poeta,
 Quanto tu optimus omnium Patronus: Utique

Bethafis. 30. Idus
 Sextiles 1632.

Vero cultu aeternum Tui
 Godefridi Wendelini.

1685

Optimo Nec tantum

Magno Principi Mauritionis

NOBILISSIMO VIRO

CONSTANTINO HUYGENIO

A ZVYLICHEN EQVITI

Magno Principi Mauritionis

a Consilij et Secretis.